384 Sniezek quietat Romer

Constitutus personaliter coram officio actisque presentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Jacobus Sniezek a terris Pallatinatibus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis recedendo iurisdictioni vero dicti castri Premisliensis se successoresque ac bona sua omnia in toto quoad effectum presentis inscriptionis incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice palam per expressum recognovit quia a nobili Georgio Romer recepit et in manus suas levavit summam centum et decem octo flor. pecunie monete polonicalis per ipsum Georgium Romer sibi coram iudicio et actis terrestribus Premisliensibus feria secunda post dominicam Conductus Paschae proxime preteritam solvi inscriptam. Ratione itaque cuiusmodi receptionis summe prefate centum decem octo flor. pecunie monete polonicalis predictum Georgium Romer et eius successores quietat et liberum facit perpetuis et aeternis temporibus, inscriptionemque vero eandem terrestrem Premisliensem cum omnibus eiusdem inscriptionis conditionibus necnon omnibus processibus iuris ad eandem inscriptionem quacumque re non completa pertinentibus obtentis ad extremum cassat mortificat obliterat sibi et suis successoribus ratione premissorum omnium totaliterque summe quam presens [illegible] nequicquam confirmare posset tum imponendo silentium perpetuum recognitione mediante.

310 Porudenski tenetur Sushi

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus castrensibus Premisliensibus generosus Petrus Porudenski a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competenti recedendo iurisdictioni vero dicti castri Premisliensis se successoresque ac bona sua quaeque in toto quoad artem et effectum totius presentis inscriptionis attinet incorporando, sanus mente et corpore existens ultro benevole per expressum recognovit quia a nobili Andrea Sushi [illegible] summam centum flor. pecunie monete polonicalis singulum florenum triginta grossis polonicalibus computando certi veri liquidi debiti atque mutuate pecunie tenetur et est debitor.

Quam prefatam expressam summam centum flor. pecunie predictus Petrus Porudenski debitor seque ac successores suos bonaque sua omnia inscribit eidem Andree Sushi vel eo deficiente posteris eius [illegible] in et pro festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturo hic in castro Premisliensi totaliter et plenarie dare solvere reponere relinquere non extendere sine quovis mora et arresto sub vadio simili summe centum flor. pecunie monete polonicalis in casu non solutionis repositionisque dicte summe pro predicto tempore solutioni assignato ad solvendum per predictum Petrum Porudenski aut successores eius eidem Andree Sushi vel posteris eius succumbendo. Quod vadium mox eadem die solutioni assignata atque quovis strepitu iuris in summa capitali et essentiali debiti ducentorum flor. pecunie cedet et convertetur. Horumque vadium cum summa essentiali inscribit super bonis omnibus predicti Petri Porudenski et successorum eius heredibus et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis ubicumque habitis et habendis existentibus. Preterea dictus Petrus Porudenski se ac successores super bonis suis heredibus et obligatoriis inscribit et obligat, hanc inscriptionem presentem ex libris actorum castrensium Premisliensium ad libros terrestres quoquam transferre et transportare similemque vel si opus fuerit in libris terrestribus recognitionem facere sub vadio summe originalis centum flor. pecunie monete polonicalis. Pro quo quidem vadio in summa capitali convicto summaque eadem primaria vadioque ratione non transportande inscriptionis succubuit ipse predictus Petrus Porudenski aut eo deficiente posteri eius eidem Andree Sushi vel successoribus eius [illegible] permiserit coram officio presenti castrensi Premisliensi a suis districtibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competenti recedendo et eiusdem officii castrensis Premisliensis iurisdictioni et auctoritati se successoresque ac bona sua incorporando in primo termino tamquam peremptorio stare parere [illegible] pro vadio ac summa essentiali [illegible] atque aliis omnibus [illegible] realiter satisfacere [illegible]